

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiariorvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

732. Quid requiratur, ut per unicum actum acquiratur illa possessio in  
ordine ad effectum validæ collationis, præsentationis, &c.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](#)

sponit, sed etiam quando disponit, assistendo alteri, in quo casu quidem inducit juris præsumptionem pro eo, cui assistit, non tamen hinc reficit alteri, ac proinde actus ille, qui geritur, habet quidem præsumptionem juris contra se, non tamen resistentiam juris. Lott. cit. q. 45. à num. 19. citans Menoch. de retinend. remed. c. 5. n. 49. & Covar. ubi ante, unde jam, ut evitetur objectus hic resistentia juris, sufficit, negare, exstare legem, qua actum expresse prohibeat. Lott. loc. cit. num. 22. citans Rotam apud Put. decis. 240. in novis, dicentesque ita receptum ex communis Doctorum interpretatione. Tunc vero in praesenti probata censabitur proviso resistentia juris, in excipiente de quasi possessione providendi, si v. g. collator fuit laicus: secus si in persona collatoris supponatur adhuc capacitas jurium spiritualium. Lott. n. 27.

*Quæstio 731. Qualiter dicta possessio legitima conferendi acquiratur?*

**R**espondeo acquiritur etiam per unicum actum, sive in ordine ad effectum acquisitionis possessionis attenditur ultimus actus immediatus collationis, electionis, præsentationis, Lott. loc. cit. nu. 15. Castrop. loc. cit. Garc. nu. 59. & 63. citans Paris. de refug. q. 23. n. 41. Gutt. conf. 3. num. 1. Covar. qq. pract. c. 14. n. 2. Zech. de benef. & pens. c. 12. n. 18. & plurimos alios cum pluribus Rotæ decis. Provisio tamen Apostolica non mutat statum, seu quasi possessionem jurispatronatus seu conferendi. Garc. nu. 118. citans Egid. decis. 107. Achil. decis. 326. & plures Rotæ decis. licet autem collatio apostolica non mutet statum beneficii de patronato in liberum, nec privet patronum possessione præsentandi; non tamen etiam patronus prescribit jus præsentandi durante illâ possessione provisi apostolici; sed ea præscriptio toto illo tempore dormit. Garc. n. 119. ex Guidobono.

*Quæstio 732. Quid requiratur, ut per eam unicum actum acquiratur ista possessio in ordine ad effectum validæ collationis, præsentationis, &c.*

**I.** R espondeo: requiruntur tria: nimirum bona fides (etiamsi hæc alias non requiratur ad effectum acquisitionis possessionis absolute, & possessorii retinendi aut recuperandi. Garc. num. 69. citans Innoc. Abb. in c. cum Ecclesia Surrina. Coras. Mohed. &c. Scientia & patientia illius, in cuius præjudicium talis possessio acquiritur. Effectuatio illius actus, sive ut hic ad effectum perductus, nempe ut vi illius electus fuerit confirmatus, præsentatus, institutus, is, cui collatum beneficium, possessionem illius accepit, & fructus percipiat. Garc. n. 66. & 67. citans pro hoc Lamb. p. 1. l. 2. q. 3. & 10. Coras. de benef. p. 2. c. 5. à nu. 3. Covar. Gutt. Zech. ubi ante. Roch. Rebuff. &c.

**2.** Observandum tamen circa primum requisitum: Primo, quod tametsi bona fides sit omnino necessaria; cum possessor malæ fidei non faciat fructus suos. Garc. n. 71. citans Abb. Bellam. Berro, in cap. gravis. de refit. spol. Menoch. Joannem Garc. &c. Et hinc facta collatio, præsentatio malæ fidei non valeat, siquæ propterea etiam institutus, & is, cui facta collatio, removendus (si non ad petitionem veri patroni seu proprietarii, dum nimirum is non appellavit à tali institutione vel collatione, aut non comparuit posito edicto publico,

utpote in quo casu removendum non esse presentatum, idem est de collatario, à possessori malæ fidei, postquam constat de mala fide, eò quod tunc institutio transeat in rem judicatam, & habeat vim definitivam, qua retractari non potest, censent Roch. Lamb. Menoch. &c. apud Garc. n. 79. (falsa) citra eam pétitionem ab ipso Superiori, utpote respectu cuius non valet, nec transit in rem judicatam, et si valere dicatur, & transire in rem judicatam respectu adversarii non appellantis contra illum. Garc. num. 80. ) ubi consideratur de mala fide, Garc. n. 73. citans Navar. conf. 2. n. 1. de jure patr. nat. & in c. Cumana. delect. Collatio tamen etiam seu præsentatio & electio facta à proprietario, qui non est in possessione, non valebit, quia non licet propriâ auctoritate resumere possessionem, & spoliare etiam invalorem. Garc. n. 75. ex sententia aliorum, quos citat, nempe Roch. de jure patr. nat. v. competens. n. 46. Cuch. l. 4. tit. 1. n. 96. Duaren. de benef. l. 3. c. 9. Bertachini. in repertor. v. præsentatio à patr. Abb. & Innoc. in cap. cùm Ecclesia Surrina. &c. contra Lamb. p. 1. l. 2. q. 3. 4. 7. & 19. Covar. qq. pract. c. 36. n. 6. Innoc. in c. Cumana. n. 6. Gabriel. conf. 185. l. 2. quamvis Garcias ipse num. 78. id ita distinguat, ut procedat in præsentatione, nimirum quod ea facta à proprietario non valeat; quia in ea iudex adiri debet, qui non debet esse auctor spoli; non vero procedat in collatione & electione similibusque actibus, in quibus necesse non est adiri iudicem, nec ejus auctoritas requiritur; sed valeat collatio & electio facta à proprietario non possidente, donec à Superiori infirmetur ad instantiam possessoris, petentis se defendi, seu redintegrari in sua possessione, & sic infirmari illum actum collationis.

**3.** Observandum circa idem requisitum primum, secundò, quod licet bona fides regulariter præsumatur, etiam sine titulo; cùm quilibet possessor esse præsumatur in bona fide, quamdiu non probatur esse in mala, ut Garc. n. 84. citatis plurimis; ubi tamen jus resistit, non præsumitur bona fides, sed mala. Garc. num. 85. citatis etiam plurimis; nisi simus in jure dubio & obscuro, cujus error est probabilis & justus, & æquiparatur error facti. Garc. num. 88. citatis plurimis; aut nisi possilio forte sit longi temporis, aut iusti titulo, aut probabilibus rationibus acquisita. Garc. n. 87. citans Innoc. Abb. Lamb.

**4.** Circa tertium requisitum observandum est primo, quod per actum effectuatum non acquiritur dicta possessio, dum effectuatio præsentationis, collationis non fuit absoluta, sed conditionata, & sine præjudicio partium, v. g. per institutionem factam cum protestatione Ordinarii, se nolle præjudicare præsentantibus aliis cum clausula præservativa, utpote quæ præservat jus, tam in territorio, quam possessorio. Garc. loc. cit. n. 65. juxta decis. Rotæ in Majoricensi jurispatronatū. 4. Octobris 1585. Neque secundò per collationem, præsentationem effectuatam, sed factas contra decretum irritans positum in reservatione, vel alia dispositione seu inducto. Garc. num. 102. licet de cæceri ad acquirendam quasi possessionem sufficiat præsentationem fusile admissam, & præsentatum institutum cum effectu, sive bene sive male. Garc. n. 104. juxta Rotam in Braccaren. parochialis. Tertiò neque per effectuationem, dum institutus vel collatarius mansit in possessione beneficii tantum ex causa concordia subsecuta inter ipsum & adversarium, qui prætentebat,

debat præsentantem non esse patronum, aut conser-  
tentem non esse collatorem; nam cum non conser-  
de acquiescentia, imò de contrario ex illa provisio-  
ne, non potest resultare contrarius usus. Garc.  
num. 108, citans decis. Rota 301, p. 2. diversar. Quartò,  
circa idem requisitum observandum, quod effe-  
ctuatio collationum, præsentationum probetur  
per subseqüentes collationes seu præsentationes fa-  
ctas per vacationem ex persona illorum. Garc.  
n. 105, citans Oldrad. conf. 229 n. 3. Lamb. p. 2. l. 2.  
q. 10. 4. 7. n. 11. & aliquot Rota decis. Etiam dum  
illí resignantur. Garc. n. 107.

5. Circa secundum requisitum, nimurum de  
scientia & patientia illius, contra quem acquiri-  
tur possesso, observandum primò, vel potius infe-  
rendum, ad hoc, ut contra Episcopum acquiratur  
possesso conferendi vel præsentandi, requiri ejus  
scientiam & patientiam; cùm eo ipso, quod est in  
possessione Episcopatus, sit in possessione juris li-  
berè conferendi competentis ei tanquam Ordina-  
rio. Garc. n. 123. & 124. quem vide. Secundò ad  
effectum, ut possit dici quasi possesso liberè col-  
lationis acquisita contra patronum, requiri, ut con-  
seret, collatorem seu eum, qui prætendit jus liberae  
collationis, contulisse beneficium ut liberum, sci-  
ente & paciente patrono. De cetero namque per  
collationem factam de beneficio jurispatronatus,  
absque illius (nimurum quod liberè conferatur)  
mentione, non præjudicatur juri & possessioni pa-  
tronorum; quia dum simpliciter absq; dicta men-  
tione confertur beneficium patronatum, videatur  
collatio facta sub hac tacita conditione; si patro-  
no placuerit. Garc. num. 111. & 112, citans præter  
decis. Rota 10. de jurepatronatus in antiqu. Calder.  
conf. 15. de jurepatronatus. Caputaq. decis. 134, p. 1. De-  
cium &c. Nisi forte Ordinarius ignoraret benefi-  
cium illud esse jurispatronatus; tunc enim censem  
tum illud conferre, ut liberum. Garc. num. 114. Ter-  
tiò, quod si quis beneficium habitum ad præsen-  
tationem patroni, dein in manibus Ordinarii clam  
patrono renunciasset, & accepta denuò ab eo col-  
latione liberè illud detinerer, non ponit ordinari-  
um in quasi possessione juris liberè conferendi,  
nisi id faciat cum scientia & patientia patroni.  
Garc. num. 110. ex Nav. conf. 5. de jurepatronatus.  
n. 5. & Decio conf. 126. Atque ita ultima resignatio  
sine consensu patroni non facit statum libertatis;  
quia possesso præsentandi non amittitur ex negli-  
gentia patroni non præsentantis unā vīce; sed re-  
quiritur, quod non præsenteret, quia non credit ad se  
pertinere jure præsentandi, vel quod volueret præ-  
sentare, & non sit admisla præsentatio. Garc. n. 113,  
ex Chisanensi decis. 72. & Roch. v. competens. q. 20.

Quartò, quod dicta scientia & patientia adhuc re-  
quiratur, etiam si, qui est in possessione præsen-  
tandi vel conferendi, nunquam adhuc præsentasset  
aut contulisset. Garc. n. 127. Quod si tamen ille,  
in cuius præjudicium dicta quasi possesso acquiri-  
tur, non est in possessione istorum iurium præsen-  
tandi, conferendi &c. non est necessaria illius sci-  
entia & patientia in acquisitione quasi possessionis  
illorum. Garc. num. 121, citans Innoc. & Abb. in c.  
in literis. de restit. spoliat. Roch. v. competens. num. 38.  
Lamb. & Rotam decis. 229, p. 1. divers. Quintò, quod  
ad dictum effectum acquirendæ possessionis suffi-  
ciat scientiam hanc præsumptam esse, ed quod aga-  
tur solum de acquirendæ possesso, non verò de  
amittendo jure præsentandi, conferendi &c. de quo  
intelligendi Moheda decis. 4. de probat. Lancell. de  
P. Leuren. Fari Benef. Tom. II,

attent. p. 2. c. 4. in pref. n. 58. ubi, quod dum agitur  
de amissione & privatione juris quæstii, non suffi-  
cit scientia præsumpta per conjecturas & famam.  
ita Garc. n. 134. & 135. Utrum autem præsumatur  
scientia illius, de cuius præjudicio agitur, ad judi-  
cē spectat arbitrari ex multiplicatione actuum, &  
qualitate ipsorum, alisque circumstantiis. Garc.  
n. 129, citans Innoc. & Abb. in c. cùm Ecclesia Sutri-  
na. n. 25. Roch. ubi ante. n. 37. &c. quamvis tamen  
etiam ex scientia præsumatur ex publicitate actus.  
Garc. num. 131, citans Mascard. de prob. conclus. 129,  
n. 15. & Rotam in Abulensi parochia. & præterim  
respectu Episcopi præsumitur illa scientia; cùm is  
quolibet anno per se, vel per alium teneatur visi-  
tare diœcesin. Garc. n. 132. Sextò, quod sufficiat  
scientia officialium. Garc. n. 136, citans Tiraquel.  
de nobilitate. c. 14. num. 3. Covar. in reg. possessor. p. 2.  
n. 8. Bald. de præscript. p. 5. q. 3. n. 8. &c.

**Quæstio 733.** *An dicta possesso acquisita  
per unicum actum respectu unius beneficii  
suffragetur etiam respectu ceterorum bene-  
ficiorum?*

**R** Espondeo affirmativè; cùm magis attenda-  
tur universalis causa actus, quam ipse actus.  
Lott. l. 2. q. 45. num. 16, citans Felin. in c. auditis. de  
præscript. n. 19. & Rotam in Abulensi parochia 28. Ju-  
nii 1593, apud Garc. p. 5. c. 5. n. 61. vide Lott. l. 20  
q. 21. num. 77.

**Quæstio 734.** *Num validè conferre possit  
(idem est de presentare & eligere) proprieta-  
rius juris conferendi, qui non est in possesso  
dum nemo aliis est in possessione?*

**R** Espoudet affirmativè Garc. loc. cit. n. 81, ci-  
tans Abb. in c. Cumana. in c. cùm Ecclesia Sutri-  
na, in c. consultation. Roch. v. competens. q. 20. n. 47.  
Lamb. Cuch. &c. contra decis. Rot. in Salamanica  
expellanz. 3. Junii 1595, quam citat num. 83, & ait  
clare eam convinci. & num. 82. ubi ex Baldo in  
l. fin. c. de editio D. Adriani non tollendo. num. 148. &  
Roch. v. ipse, vel is. q. 11. n. 24. Gregor. Lopez. &c.  
quod hæres possit præsentare, etiam ante possesso  
nem hæreditatis acquisitam.

**Quæstio 735.** *Qualiter probetur perti-  
nentia juris conferendi?*

1. **R** Espondeo primò: pertinencia collationis,  
seu collationem pertinere ad inferiorem E-  
piscopo, ad quem ea alias de jure comuni non spe-  
ctat, probari per famam & communem reputatio-  
nem. Lott. l. 2. q. 45. n. 41. Garc. loc. cit. n. 144. ci-  
tans Rotam decis. 3. de prob. in novis. Mascard. de prob.  
concl. 173. & 313. n. 12. Paris. de resign. l. 7. q. 23. n. 42.  
qui dicat, esse communiorum. Et satis est per litteras  
vel instrumenta docere, beneficium confueisse  
per talen conferri, & ad talen solere pertinere  
collationem & institutionem. Garc. ibid. citans  
Rotam decis. 7. de prob. in novis. & Mascard. cir.  
concl. 313. n. 23. & sic dicitur in una Tullenensi paro-  
chialis. 22. Junii 1558, apud Garc. n. 147. collationis  
pertinentiam ad inferiorem probari per telles de-  
ponentes de publica voce & fama; cùm agitur  
contra provisionem Legati factam auctoritate A-  
postolicâ; maximè, si is Legatus esset alias Ordinarii,  
& non contulit jure ordinario. Et licet restes  
fuerint repetiti, parte non citata. Quæ tamen in-

Ecc. 2 telli.